

magnus et alij circa distinctionem vicissimam quatuor quod christus dominus beato petro dedit vel administrans tunc permisit sibi daturam potestatem soluendi peccatores a peccatis et a penis peccatorum applicando eis sacramenta. Similiter potestatem soluendi eos a penis temporalibus siue satisfactionibus quas deberent lucere siue solvere pro peccatis. Et hoc dando eis indulgentias. **Et** notat communiter pro origine et fundamento indulgentiarum dicti doctores. quod quando homo ex caritate siue epistoles in caritate facit aliquid opus penale tunc si talis est debitor pene temporalis scilicet satisfactionis pro peccato aut peccatis. Ipse meretur sibi duplex premium siue duplicem remunerationem primo vitam eternam siue certum gradum glorie quod omne opus factum ex caritate est meritum vite eterne siue sit penale ut ieiunium. elemosina. oratio. peregrinatio. aut huiusmodi. siue non penale ut comedere bibere. operari in vinea. aut in artificio. aut in consilio. pro communitate. aut in studio et similia. **Secundum** patet est remissio temporalis pene siue satisfactionis temporalis quam obligatur solvere pro peccato siue peccatis quia pro tale opus penale soluit illam penam siue satisfactionem. Omne enim opus penale in quantum tale est satisfactiuum. Sed doctores circa distinctionem vicissimam quatuor et precipue si sit ex caritate factum. Ex quo sequitur quod sicut dictum est de opere penali ita similiter intelligendum est de passione penali quam homo patienter et ex caritate sustinet. Sicut est dolor sensibilis timor. tristitia. et similes passiones scilicet quod homo etiam meretur duplex premium sibi siue remunerationem pro talem passionem. Dicitur autem notanter si est debitor pene. Nam si talis homo. non est debitor temporalis pene. tunc ipse meretur solum sibi unum premium siue remunerationem scilicet vitam eternam siue certum gradum glorie. Sed toti ecclesie meretur secundum premium scilicet remissione temporalis pene aut satisfactionis debite pro peccato

**Questio.**  
aut peccatis et non meretur tale premium de terminate primo duntaxat qui tali remissione ne et satisfactione indiget. sed communiter pro toto ecclesia et apostolus sic ad collo. p. dicit te adimplere illa que desunt passioni christi in carne sua pro corpore illius quod est ecclesia. Et ita deus qui est ita iustus quod nullum bonum permittit sine muneratam hoc meritum acceptat ad premium siue remunerationem. Et sic illud meritum secundum reponitur in thesauris ecclesie. **Corollarium** primum fortes obligatur satisficere pro peccato aut peccatis et ex caritate ieiunat. orat peregrinatur et elemosinam dat aut aliud opus penale ex caritate facit. tunc meretur sibi vitam eternam siue certum gradum glorie et cum hoc certam partem satisfactionis pene quam debet solvere patet ex dictis. Et eodem modo posset declarari de passione penali quam fortes patienter sustinet ex caritate. **Corollarium** secundum. Beata virgo maria que nunquam peccavit nec actualiter mortaliter aut venialiter sua opera penaliter aut suas passiones penales quas preterit ex caritate meruit sibi ipsi gradum glorie. sed non meruit sibi remissionem pene temporalis aut satisfactionis pro peccato aut peccatis debite. patet quia tali remissione non indiget cum nunquam peccavit. Sed talem remissionem meruit toti ecclesie et tale eius meritum est in thesauris ecclesie repositum. **Corollarium** tertium eodem modo dicendum est et principaliter de meritis christi domini. quod pro opera et passionibus eius que superogationis fuerunt et de multis meritis superogationis martirum confessorum virginum et multorum aliorum iustorum a principio mundi usque in finem eiusdem. que omnia sunt reposita in thesauris ecclesie. **Corollarium** quartum quod thesaurus ecclesie ponendas patet ex dictis et ille non est aurum vel argentum aut ex his similibus. Sed est ex tribus principaliter integratur primo ex operibus penitentialibus que fecit christus dominus ex caritate et eius passionibus penali-

**B**  
Digna  
Indulgentia  
fundamenta

Opus penale

passio penalis

de merit

**C**  
Christi opera  
penales